KURENDA

Przemyskiego Konsystorza Biskupiego obrz. łac.

Rok 1871.

Nr. IV.

In nexu literarum Excellentissimi Dni Nuntii Apostolici in Currenda II a. c. promulgatarum, communicamus Vobiscum VV. Fratres novas litteras Ejusdem Excellentissimi Domini, quibus Apostolica Benedictione a Sua Sanctitate omnibus piis hujus Dioecesis oblatoribus oboli S. Petri elargita, referre Nobis dignatur, optamusque, ut de hacce gratia Beatissimi Patris Nostri fideles ex s. suggestu reddantur certiores. Epistolae mentionatae tenor sequitur:

Nr. 2958. Illustrissime ac Reverendissime Domine!

Honorem habeo certiorem reddendi Dominationem Vestram Illm ac Romam una cum humanissimis Suis litteris die 29 Martii sub Nr. 11 datis, rite me accepisse florenos mille, cujus pecuniae Clerus populusque fidelis Suae dioecesis quotam 900 fl., centum vero florenos Dominatio Vestra Illmma ac Rmma in subsidium Suae Sanctitatis denuo obtulerunt. Non praetermisi, quin hanc pecuniae summam, qua novum pietatis filialis argumentum, quo Ipsa et fideles pastorali Suae curae concrediti Sanctissimum Patrem complectuntur, nulla interposita mora, Romam expedirem, ut ad pedes Suae Sanctitatis deponeretur.

Eminentissimus Cardinalis Antonelli nuper mihi scripsit, Sanctissimum Patrem maximo cum gaudio epistolam Dominationis Vestrae Illmmae ac Rmmae die 17 Januarii h. a. ad me directam, cujus epistolae copiam, Romam transmisissem, legisse, profundae cum gratitudinis sensibus obolos et huic epistolae adjectos et cum aliis suis litteris die 6 Februarii datis transmissos accepisse, et

omnibus piis oblatoribus in signum paternae suae benevolentiae Apostolicam benedictionem toto ex corde impertivisse.

Dum haec cum Dominatione Vestra Illmma ac Rmma communico, iterum iterumque gratias quam maximas Ipsi ago et cum sensibus profundissimae venerationis et peculiaris observantiae permaneo.

Dominationis Vestrae Illmmae ac Rmmae — Uti frater addictissimus M. Archiep. Athen. Nuntius Apostolicus.

Nr. 17 Praesid. — S. Alphonsus Maria de Ligorio, Doctor Ecclesiae pronuntiatur.

Communicatur VV. Clero dioecesano Decretum Urbis et Orbis, quo S. Alphonsus Maria de Ligorio titulo et honoribus Doctoris Ecclesiae cohonestatur.

Decretum Urbis et Orbis. Inter eos qui fecerunt et docuerunt, quosque Dominus Noster Jesus Christus magnos fore vocavit in Regno Caelorum, merito recensendus est SANCTUS ALPHONSUS MARIA DE LIGORIO, Congregationis a Sanctissimo Redemptore Institutor et Sanctae Agathae Gothorum Episcopus. Hic virtutum omnium exempla faciens, veluti lucerna supra candelabrum posita omnibus Christifidelibus, qui in Domo Dei sunt, adeo illuxit ut jam inter cives Sanctorum et domesticos Dei fuerit relatus. Quod autem sancta operatione complevit, verbis etiam et scriptis docuit. Siquidem ipse errorum tenebras ab Incredulis et Jansenianis late diffusas doctis operibus maximeque Theologiae Moralis tractationibus dispulit atque dimovit. Obscura insuper dilucidavit, dubiaque declaravit, cum inter implexas Theologorum sive laxiores sive rigidiores sententias tutam straverit viam, per quam Christifidelium animarum moderatores inoffenso pede incedere possent. Simulque Immaculatae Deiparae Conceptionis et Summi Pontificis ex Cathedra docentis infallibilitatis doctrinas accurate illustravit ac strenue asseruit, quae postea aevo hoc nostro dogmaticae declaratae sunt. Scripturarum denique aenigmata reseravit tum in asceticis lucubrationibus, caelesti quadam suavitate refertis, tum in saluberrimo quodam Commentario, quo Psalmos et Cantica in Divino Officio a Clericis recitanda ad eorum pietatem fovendam et mentem erudiendam explanavit. Summam Alphonsi sapientiam jam demiratus fuerat Pius Septimus sa. me., eumque commendaverat quia voce et scriptis in media saeculi nocte errantibus viam justitiae ostendit, per quam possent de potestate tenebrarum transire in Dei lumen et regnum. Neque minori laude inusitatam vim, copiam, varietatemque doctrinae in libris ab ipso conscriptis prosequutus est alter Summus Pontifex Gregorius XVI. sa. me. in Litteris decretalibus, quibus Alphonso majores Caelitum honores tribuebantur.

Verum temporibus hisce nostris adeo sapientiam ejus enarrant gentes, et laudem ejus enuntiat Ecclesia, ut plurimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, fere omnes totius Orbis Sacrorum Antistites, Supremi Religiosorum Ordinum Moderatores, insignium Academiarum Theologi, illustria Canonicorum Collegia, et docti ex omni coetu Viri supplices libellos Sanctissimo Domino Nostro Pio IX. Pontifici Maximo porrexerint, quibus communia exposuere vota, ut Sanctus Alphonsus Maria de Ligorio Doctoris Ecclesiae titulo honoribusque cohonestaretur. Sanctitas Sua, preces benigne excipiens, gravissimum hujusmodi negocium de more Sacrorum Rituum Congregationi expendendum comisit. Itaque in Ordinariis Comitiis ad Vaticanas Aedes infrascripta die collectis Emi et Rmi Patres Cardinales sacris tuendis Ritibus praepositi, audita relatione Emi et Rmi Cardinalis Constantini Patrizi Episcopi Ostiensis et Veliternensis, Sacri Collegii Decani, eidem S. Congregationi Praefecti, Causaeque Ponentis, consideratis Animadversionibus R. P. D. Petri Minetti Sanctae Fidei Promotoris, Patroni Causae responsis, nec non Theologorum pro veritate sententiis; omnibus

denique severissime hinc inde libratis, unanimi consensu rescribendum censuerunt: Consulendum Sanctissimo pro concessione seu declaratione et extensione ad universam Ecclesiam tituli Doctoris in honorem S. Alphonsi Mariae de Ligorio, cum Officio et Missa jam concessis, addito Credo, Antiphona ad Magnificat in utrisque Vesperis: O Doctor, ac Lectionibus I. Nocturni: Sapientiam, et VIII. Responsorio: In medio Ecclesiae. Die 11 Martii 1871.

Postmodum facta horum omnium et singulorum eidem Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX. per infrascriptum ipsius S. Congregationis Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua S. Congregationis Rescriptum adprobavit et confirmavit; ac desuper Generale Decretum Urbis et Orbis expediri mandavit, die 23 iisdem mense et anno. — C. Ep. Ostien. et Velitern. PATRIZI S. R. C. Praef. Loco † Signi. D- Bartolini S. R. C. Secretarius.

L. 708

Rozporządzenie tyczące się małżeństw, którzy z 3 klasy popisowej nie wyszli.

Udzielamy WW. Duchowieństwu rozporządzenie W. c. k. Namiestnictwa z d. 24 Marca t. r L. 12183 względem ścisłego zachowania przepisów tyczących się wydawania pozwoleń do zawierania ślubów małżeńskich landwerzystom z III klasy popisowej nie wyszłym, jako też stale urlopowanym i rezerwistom, tudzież popisowym, którzy przez assenterunkową komisyę nie zostali uznani za niezdolnych na zawsze do wojskowej służby, albo nie są uwolnieni od stawienia się w III. kl. popisowej:

L. 12183. Wedle oznajmienia c. k. Komendy obrony krajowej udzielał jeden sierzant powiatowy w mylnem pojęciu §§ 52. ustawy wojskowej z 5. grudnia 1868, 23. ustawy o landwerze z 13. maja 1869 i 36. statutu landwery z 8. maja 1870 landwerzystom wyszłym z trzeciej klasy popisowej samowolnie, a tem samem nieważnie pozwolenia do zawarcia związku małżeńskiego, do czego miały dać powód zapytania duchowieństwa, czy zgłaszającym się do ślubu landwerzystom potrzebne jest przyzwolenie władz wojskowysh, lub nie.

Z tego powodu mam zaszczyt oznajmić Przewielebnemu Konsystorzowi w celu uprzejmego pouczenia podwładnego duchowieństwa parafialnego, 1. że c. k. Namiestnictwo jest tą władzą, którą c. k. Ministerstwo obrony krajowej upoważniło stosownie do § 27 ustawy o landwerze do rozstrzygania za zniesieniem się z c. k Komendą milicyi krajowej — próśb landwerzystów o dozwolenie zawarcia związku małżeńskie przed wyjściem z trzeciej klasy popisowej; i że po drugie: — takiego osobnego pozwolenia do zawarcia związku małżeńskiego nie potrzebują wcale landwerzyści, którzy już wyszli z trzeciej klasy popisowej (obecnie ci, którzy rodzili się w roku 1848 lub jeszcze przedtem).

Oddziały ewidencyjne landwery (sierzanci powiatowi) są zresztą od c. k. Komendy obrony krajowej li tylko umocowani, udzielać urzędom parafialnym na zapytania w wątpliwych wypadkach wyjaśnienia urzędowego, które jednak tylko zawierać może rok urodzenia jaki jest zapisany w karcie księgi ewidencyjnej dotyczącego landwerzysty i uwagę, czy tenże potrzebuje pozwolenia do zawarcia związku małżeńskiego lub nie.

To wyjaśnienie musi wszelako być wystosowane do urzędu parafialnego i nie może być wręczone dotyczącej stronie.

Takie same ograniczenie prawne co do zawarcia związku małżeńskiego istnieje także względem trwale urlopowanych żołnierzy i względem rezerwistów.

W taki sum sposób ogranicza też obowiązek poborowy zawarcie związków małżeńskich w ogóle, tylko, że ci popisowi, których komisya poborowa uznała za niezdolnych na zawsze do służby wojennej, lub uwolniła od stawiennictwa w trzeciej klasie popisowej, żenić się mogą bez osobnego pozwolenia już przed wyjściem z trzeciej klasy popisowej (§ 44 ustawy wojskowej)

Lwów dnia 24. marca 1871.

W zastępstwie Szefa c. k. Namiestnictwa.

Podlewski.

L. 837 — Polecą się dwutygodniowe pismo: „Przegląd Lwowski."

Podczas, gdy nieprzyjaciele Wiary św. i Kościoła za pomocą publicystyki uderzają na najświętsze skarby, które Syn Boga wcielony przyniósł z Nieba na ziemię i je ceną krwi swojej najdroższej wszystkim dobrej woli przyjednał, kiedy przez dziennikarstwo wylewają jad błędów, grożących zniweczeniem wszelkiej władzy i podstaw społeczeństwa chrześciańskiego, Kościół przez usta Najwyższego Pasterza potępiając owe pisma czasowe, zachęca wiernych synów swoich do stawania na polu dziennikarskiem w obronie Prawdy Bożej, sprawiedliwości, Władzy i społeczności chrześciańskiej.

W naszym kraju zbyt słabe dotąd rozwinięto na tem polu siły choćby odporne, snać jak przemożny, wpływ u nas wywiera prasa bezbożna, jak zawładnęła nad umysłami katolików, choć trudno przypuścić, żeby większość czytelników podzielała zasady wypowiadające wojnę Chrystusowi Panu i Kościołowi Jego.

Temci większym jest obowiązkiem Naszym WW. Bracia popierać każdy objaw w dziedzinie pism czasowych dla katolickiej sprawy poświęcony, aby wpływ jego rozszerzył się i działać mógł skutecznie. Do takich objawów należy obecnie we Lwowie wychodzące trzy do 4 arkuszowymi zeszytami dwutygodniowe pismo pod tytulem: „Przegląd Lwowski" pod redekcyą X. Edwarda Podolskiego. Po przekonaniu się z 7 zeszytów dotąd wydanych o najlepszym kierunku tego pisma, do którego podają owoce prac swoich znakomici mężowie z nauki i zasad katolickich znani, polecamy je WW. Duchowieństwu z tem większą przyjemnością, ile że nie tylko sprawy religijne ale i naukowe, literackie i polityczne w duchu kościelnym traktuje.

Wychodzi dnia 1 i 15 każdego miesiąca. Przedpłata wynosi rocznie 8 złr. ćwierćrocznie 2 złr. Można prenumerować we Lwowie w Administracyi Przeglądu w kamienicy kapitulnej.

Przemyśl 24 Kwietnia 1871.

D. c. ofiar na Ojca św.

Do sumy ogłoszonej w III. kur. t. r. w której znajduje się także 1 dukat z Wielowsi ofiarowany, przybyło: P. Palmetzhofer urzędnik od kolei żelaznej Karola Ludwika 7 R. 68. Razem 960 R. 28½ c. Do tego dołożył JW. X. Biskup 100 R., co uczyniło sumę 1060 R. 28 i pół. Z tej posłano do Nuncyatury pod d, 29. Marca L. 11/Ord. Tysiąc Złr- Pozostało więc po opłaceniu portorium 58 R. 28 i pół. Do tej kwoty przybyło: Par. Sądowa Wisznia 5 R. X. Fischer 1 talar. X. Textoris 9 R. 70. Paraf. Kołaczyce 11 R. 30 X. Grocholski 7 R. 50. X. Maciągowski 1 R. 40. P. Jawornicki z Husowa 2 R. Par. Hussów 57 i pół c. X. Gorecki 1 R. X. Zieliński z Gaci 1 R. 97 i pół. Par. Odrzykoń 10 R. Ponieważ składka na diecezyę w Amiens, której wykaz niżej po-

dajemy, już wysłaną została, przeto ofiary które dla niej z Urzędu Dziekańsk. Krośnieńsk. nadeszły, przenoszą się do ofiar na Ojca S., I tak: Z par. Korczyna 43 R. 72. X. Dittrich 1 R. X. Broda 1 R. Par. Krosno 13 R. 90. X. Wodziński 5 R. X. Tokarski 1 R. Jest zatem gotówką oprócz złota i srebra w I i III kur. wymienionego: 166 R. 67 i pół c. i 1 talar.

Przemyśl 25. kwietnia 1871.

Składka na diecezyę w Amicus.

Drohobycz: 38 R. 70 c. Kołaczyce 10 R. Lesko 25 R. Staś i Marynia Gołębiowscy w Przemyślu 4 Guld. srebrem. XX. Ciesielski, Weisenbach, Mirski, Węgrzynowski, Gruszka, Dymnicki, Karakulski po 2 R. X. Zieliński z Lubeni z paraf. 8 R. X. Kan. Olcynger 10 R. 50 X. Bogucki 3 R. XX. Dzierzyński, Buczyński, Biały Michał, Wojtynkiewicz po 1 R. XX. Krzanowicz i Cybulski po 5 R. X. Miziewicz 1 talar. Urbańczyk 50 c. X. Grocholski 2 R. 50 X. Żaba 1 R. 40. X. Gierad 1 R. X. Kan. Jedliński 3 r. X. Gwardyan OO. Bern. w Samborze 2 r. X. Mydło 2 r. X. Mikus 5 r. X. Gross 2 r. Par. Tarnowiec z Duchowieństwem 27 r. Jasło 11 r. X. Białas 1 r. X. Dutkiewicz 5 r. X. Dobrowolski 1 r. X. Piotrowski 3 r. X. Nicolek 1 r. X. Popkiewiez 2 r. X. Nicolek 1 r. X. Popkiewicz 2 r. X. Kisielewski 5 franków sr. X. Obłoj 1 r. JW. Najprz. JX. Biskup 20 r. JWX. Hoppe 2 r. Kapituła 6 r. XX. Paszyński i Mazurkiewicz po 30 c. XX. Szediwy, Glazer. Pelzar, Łobos, Leszczyński Jan po 1 r. Kollegium Wirkary: 30 c. XX. Padowicz i Harmata po 5 r. X. Prugar 2 r. 50. XX. Fleszar, Wyżykowski, Günther, Nowotarski, Balwierczak, Kulik po 2 r. XX. Herman Sylwery, Miksiewicz, Wroński, Grodecki Tomasz po 3 r. X. Birkenmajer 4 r. X. Nykiel 1 r. X. Nadgrodkiewicz 50 c.

Suma wynosi 278 r. 60 c. 1 tal. pruski, 1 pięciofrankówka i 4 Guld. srebr. Pod dniem 24. t. m. odesłano te ofiary za pośrednictwem Nuncyatury.

Na ś. Grób Jerozolimski.

Do sumy ogłoszonej w I. kur. t. r. przybyło: X. Szewc 50 c. X. Kiślewicz 80 c. Parafia Wielkie oczy 1 r. JW. Najprz. JX. Biskup 10 r. Kapituła i XX. Przemyscy 10 r. 30 c. Razem 88 R. 75 c.

Na Missye Afrykańskie.

Do sumy w II. kur. t. r. ogłoszonej przybyło: JW. JX. Biskup 20 r. Kapituła z Klerem Przemyskim 10 r. 40 c. Razem 45 R. 61 c.

Na Missye Amerykańsk.

Do ogłoszonej w I kur. t. r. sumy przybyło: X. Kiślewicz 50 ct. JWX. Biskup 20 R. Kapituła z Klerem Przemyskim 10 R: 80 c. Razem 44 r. 51 c.

Na katolików w Oriencie.

Do sumy ogłoszonej w I kur. t. r. przybyło: JWX. Biskup 10 r. Kapituła z Klerem Przemyskim 9 r. 60 c. Razem 23 r. 71 c. Te składki przesłane zostały do właściwych komitetów przez ArcyBpi Konsystorz Wiedeński dnia 22 t. m.

Składka na Missyę w Bułgaryi.

Do ogłoszonej sumy w I kur. t. r. przybyło: X. Szewc 50 c. X. Kiślewicz 50 c. Razem 61 r. 79 i pół c., które Przełożonemu Missyi w Adrianopolu O. Tomaszowi Brzesce ze Zgromadzenia Zmartwychwstańców 29. Marca t. r. doręczone zostały.

Na nowo przybyło: Par. Wielkie Oczy 1 z. 80 c. JWX. Biskup 10 r. Kapituła z Klerem Przemyskim 22 r. 40 c' Razem 34 r. 20 c.

Przemyśl 25. Kwietnia 1871.

D. c. Wykazu ofiar na kościoły.

W parafii Wrzawy wystawiono dzwonicę kosztem 1000 r. sprawiono ornat biały za 40 R. chorągiew za 14 R. w Gorzycach parafianie pokryli kościół gontem za 600 r. a, ze składki Różańcowego Bractwa posrebrzono ciborium za 20 r.

Przemyśl 25 kwietnia 1871.

Proponuntur Quaestiones pro Congregationibus a. c.

I. Czyli są pożyteczne biblioteki parafialne dla ludu, i jakby takowe założyć?

II. Młodzieniec objecujący pojąć dziewczynę za żonę, uwiódł ją — spłodziwszy z nią dziecię — które po roku umarło. Teraz chce się z inną żenić. Uwiedziona wnosi skargę do Xiędza i żąda, aby jej wynagrodził pieniężnie, albo się z nią ożenił? Jak sobie postąpi duszpasterz?

III. Wyłożyć naukę o rezerwatach Papiezkich i Biskupich, a mianowicie: z jedynem uwzględnieniem rezerwatów w instrumencie aprobaty wyszczególnionych, wykazać, kiedy w wypadkach owych jurysdykcya spowiednika podlega ograniczeniu.

Przemyśl 26. Kwietnia 1871.

Ordinationes in sequela absolutorum anno 1870 Congregationum Decanalium.

Ad efficaciter obviandum ignorantiae necessariorum necessitate medii et precepti, quae in populo fideli occurrere solet, sequentia statuenda esse decrevimus:

a) Nemo, sive saecularis, sive regularis sacerdos, parvulos ex aliena parochia ad primam confessionem sacramentalem accedentes, absque previa respectivi parochi licentia audire praesumat, sed illas ad propium parochum remittat. Prohibitio ista parentibus & tutoribus publicetur cum praemonitione, ne ad primam Confessionem parvulos ad alienas parochias, ad ecclesias conventuales aut loca thaumaturga ducere presumant, b) Ad occurendum litibus & dissidiis in familiis, provocamus Rectores ecclesiarum, ut juxta Circulare Excelsi C. R. Gubernii Locumtenentialis dd 30. Septembris 1868 in VII Currenda ejusdem anni Nr. 2243 publicatum, legitimationem prolium in concubinatu progenitarum, statim post contractionem matrimonii earundem parentum, non expectatis petitionibus interessatorum, procurare studeant.

II. Ne ecclesiarum rectores praesertim in numerosis parochiis circa auditionem Confessionis sacramentalis parvulorum ad Iam Communionem praeparatarum difficultates experiantur, et vicini sacerdotes mutuum adjutorium in excipiendis Confessionibus istis praestare sibi valeant, ordinationem p. m. antecessoris Nostri respectu celebrandae Iae generalis Communiouis parvulorum in Currenda II. 1868 Nr. 11/Pres. in eo immutandam esse decrevimus, quod solemnitatem istam non solum in dominica infra Octavam Corporis Chisti, aut Ascensionis Domini, sed alia quoque Dominica mensis Maji celebrare permittamus. Hac occasione commemoratur, indulgentiam plenariam pro illa die (Currenda II 1870 Nr. 16/Prs concessam esse.

III Ratione questionum pro resolutione in Congregationibus decanalibus proponendarum juxta Currendam V. 1868 Nr./Pres sequentem modificationem decernimus: Quivis Preses Congregationis, tenebitur in futurum quaestiones pro resolutione dandas formare & Consistorio Nostro pro adprobatione substernere, qua adjecta, omnibus sui Decanatus sacerdotibus cura animarum occupatis sive saecularibus sive regularicus illas communicabit, et quidem senioribus ab elaborato anteponendo liberis, ut sese pro discussione habenda praeparent, junioribus vero, qui elaborata in scripto dare obligati sunt, ut sufficiens tempus habeant ad laborem. Quare ordinamus, ut quaestiones istae Consistorio Nostro mature anteponantur pro adprobatione. Volumus autem, ut praeter unicam ex

Theologia Dogmatica, reliquae duae respiciant Theologiam moralem, Jus canonicum & practicum casum Conscientiae. — Hortamur Notarios, ut ordinem juxta quem Congregatio celebrata erat; omniaque in ipsa peracta, nec non conclusa per Congregatos tam super elaboratis quaestionibns, quam etiam super aliis materiis deliberationi subjectis sollicite & distincte in protocollo Congregationis annotent.

Premisliae die 27 Aprillis 1871.

L. 874.

Poleca się broszurka „Die wahre und falsche Unfehlbarkeit des Papstes.“

Księgarz Karol Sartori (Wien, Stadt, Wallnerstasse Nr. 7) wydał bruszurę za której dobroć i gruntowność ręczy imię autora jej Najprzew. JX. Dtra Józefa Fesslera, Biskupa od św. Hippolita, Sekretarza S. Soboru Watykańskiego, pod tytułem: „Die wahre und falsche Unfehlbarkeit des Papstes“ Cena 1 exempl. wynosi 50 c. Biorący 10 exem. otrzymuje jedenasty gratis, z przesełką franco. Dla zbijania zarzutów, które się w pośród tak zwanej intelligencyi teraźniejszej często podnoszą przeciwko dogmatowi o nieomylności Papieża Rzymskiego, polecamy WW. Duchowieńswu tę broszurę, Można ją będzie nabydź w kancellaryi Konsystorskiej.

Przemyśl 27. Kwietnia 1871.

Maciej
biskup.

Z Konsystorza biskupiego obrz. łac.

Przemyśl dnia 28. Kwietnia 1871.

Ks. Ign. Łobos
kanclerz.

Z drukarni gr. kat kapituły w Przemyślu pod zarządem J. Krausa 1871.